

PARATITLA ET NOTAE BREVES

IN TIT. DE DIVERSIS REGVLIS
*Iuris antiqui, Ex vetustissimis alijsq; Interpretibus
concinnatae. Quibus primùm illud & expeditif-
simum Interpretandi genus ab Imperatore
Iustiniano permissum renouatur.*

Adiectus est liber Singularis Regularum Prætermissa-
rum ex uarijs veterum Iurisprudentum & Pon-
tificum Regularum libris diuersisq; Tiru-
lis depromptus.

Item & alius Regularum seu Capitum Index.

*Per Henricum Rijsvuichium L.L.
Doctorem.*



COLONIAE AGRIPPINAE,

*Apud Gualtherum Fabricium, & Ioannem
Gymnicum, sub Monocerote.*

M. D. LXXII.

Cum Priuileg. Cæs. Maiest. ad decennium.

CONSULTISSIMO

IVRECONSULTO GVALTERO

Fabricio amico singulari, Henricus

Rusevichius L. Doctor.



Ntiquitatis inuestigationem, vir consultissime, nō tantum à doctis commendari, sed etiam in sui admirationem & amorē quàm plurimos pertrahere, iam diu re ipsa conperio. Et quis tam stupidus vel plebeus, qui non afficiatur contemplatione earum rerum, quæ in his veteribus castris sese offerunt? præsertim cum Romanorū & Francorum omnis generis monumēta nobis quotidie exhibeāt. Inuenimus enim præter vetera numismata annulos aureos, argenteos, æreos, & ferreos: gemmas mira arte sculptas, etiam suppellectilia, urnas, Epitaphia, inscriptiones & deæstros: & inter reliquos Dianam, Ianum, D. Rheni, & Mercurium, quem Germanos maximè coluisse Cornelius Tacitus refert. Quin & ipsa adhuc castra latissimis muris mirandis fornicibus & marmoreis pavementis sui vetustatem ostentant, alterum quidē campo, cui nomē dat æquatum: alterum verò è regione in vicina ciuitate situm, quam Francos ad aliorum quoq; Troia pro-

† 2 fugo.

GVALTHERVS FA-
BRICIVS LL. L. LECTORI
BENEVOLO S. D.



*Q*UAMVIS in tradendis alijs ar-
tibus multa sint interpretandi gene-
ra, ac varij modi exponendi: In ex-
plicanda tamen Iurissprudentia, non
temerè Iustinianus graui admodum
edicto cauit, ut nemo, qui Iuris peritiam habe-
ret, auderet cōmentarios in Leges scribere. Sed
illam solūm interpretationem admittit, quæ aut
summarie, breuiter, & aptè fieret, quam ipse
κατὰ πρόβατον appellat: aut quæ monita quadam
breuia (quæ παράτιτλα vocat) adferret. Hoc
genus interpretandi sequuti sunt primi glossarij
auctores. Illam verò κατὰ πρόβατον interpretatio-
nem amplexi quidem illi sunt, qui Summas scri-
pserunt, quamuis non ita, ut Iustinianus scriben-
dum esse praeceperat. At qui uberiores deinde
commentationes Legibus affinxerunt, hoc quod
ipse metuit, effecerunt, ut totum penè ius Roma-
num, in diuersas sententias productum, in infini-
tum distraherent, confunderent, ac tantum non
cōturbarent. Itaque illud tam salubre Iustinia-
neum edictum non tantum desuetudine exole-
uit, verum etiam contrario usu mox ab aula re-
cessit. Quo factum est, ut deinceps in tanta scri-
pturientium licentia ac varietate, tam in im-
mensura

PARATITLA AD TIT.
VLTIMVM DIGESTORVM
DE DIVERSIS REGVLIS
iuris antiqui.



REGVLA à regendo dicta, significat capsam iunceam, vel scorteam, in qua incluse oleæ torcularis prelo subiiciuntur, teste Columella libr. 12. cap. 52. & D. Hotomanno, qui ita intelligit Vlpianum cap. 19. §. 1. sup. Loc. Generaliter autem sumitur pro ordine, seu norma, qua in vita & actionibus communibus, tractationeq; humanorum negotiorum, utimur, sicut in pertrahenda linea, ne aberretur. Facit huc c. regula dist. 3. & quod Plutarchus scribit, nullam esse regionem, quæ non libra, numeris, mensura & regulis utatur, ne in rebus scilicet gerendis locum habeat temerè, & sine consilio emergens casus. Ex qua quidem generali significatione ipsa lex & ius à Chrysippo iusti & iniusti regula dicitur, de leg. 1. 2. & ab Hormisda. Pontifice Max. traditur, primam salutem esse, rectæ fidei regulam custodire 25. quest. 1. c. prima salus, dist. 12. cap. de his. Hinc quoque monachorum, clericorumq; Statuta Regulae nuncupantur, eorumq; antiquiores Regulares etiamnum vocantur. Verum
A enim

LIBER SIN-
GULARIS REGVLA-
RVM PRAETERMISSARVM EX

*uarijs ueterum Iurisperitentum & Pontifi-
cum Regularium libris, diuersisque
Titulis depromptus:*

*Cui suis passim locis inserta sunt Sedes
Materiarum à Doctõribus Iuris
pleniùs tractatarum.*

Per D. Henricum Rysvichium
Legum Doctõrem.



COLONIAE AGRIPPINAE,

ERRATA
In libro de...
Fol. 120

